



**M**ichael apud Ioachimicos in Saxoniam natus, & omni genere literarum educatus est. Hic cum prima literarum elemēta in patria feliciter dīcīsset, studiorum amore se se ad uarias Germaniq; academias contulit, atq; magna diligentia artibus & philosophiæ incubuit. Hisce quoq; Medicinæ studium coniunxit, ac multarum scientiarum præclaram notitiam sibi comparauit. hinc etiam factū ut Medicorū Doctoralia insignia impetrarit, atq; uiris doctis adnumeratus fuerit. Ad hanc eius eruditonem accedebat pietatis amor, & docendi per spicuitas. Id cum proceres Ihenensis academiæ intellexissent, eum inter professores receperunt, atq; optimos authores iuuentuti explicare iusserunt. quod quidem Michael singuli dexteritate expeditiuit, & suis uirtutibus cunctis gratissimus fuit. Iis etiam horis, quibus à publicis functionibus uacauit, priuatis studijs inhaesit, atq; ingeni sui monumēta ad posteros trāsmittere statuit, itaq; de sphæricis elementis librum conscripsit, & cum alijs huiusmodi publicauit. Hoc modo Michael etiamnum pergit, & suis uirtutibus passim innotescit. lo. Op.